



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CXV. De Joco, Lascivo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

ad Brunnem. Jus Eccles. Lib. 1. Cap. 5. §. 13. ubi simul respondet ad dictum Apostoli Petri 1. Petr. 5. v. 2.

CAP CXV.

De Joco, Lascivo.

Axioma I.

Qui jocatur, non mentitur. Cujac. ad l. 19. de interrogat. in jur. in lib. 8. qq. Papin. Mendacium enim est species doli. quid enim 14. ff. de dol. mal. Itaque si quis eum, qui jam decessit è vitâ, confiteatur servum suum esse, jocari non mentiri videbitur, l. confessoribus. 13. & seq. l. si ante. 14. de interrog. in jur. fac.

II.

Quod per jocosum fit, non est sinistrè interpretandum. l. 3. §. 3. de injur. Anton. de motor. re-script. c. 4. num. 17. lit. m. nec serio prævertendum i. c. accipiendum. Plaut. in amphytr. act. 3. scen. 2. vers. 39.

III.

Jocus consensui adversatur. Carpov. Defin. Confess. L. 2. tit. 2. def. 19. n. 5.

IV.

Qui aliquid dicit jocandi causâ, nullum exinde præjudicium pertimescere potest. Menoch. l. 1. præsumt. 89. num. 15.

CAP. CXVI.

De Ira, Indignatione.

Axioma I.

Iracundiæ calore quicquid fit, irritum censetur. l. quicquid 48. ff. de R. I. cap. si quis inatus. 2. q. 3. ubi gl. l. 19. C. de inoff. test. ubi Jas. num. 4. & seqq. hanc regulam variè ampliat & limitat. Felin. ad cap. sicut ex luteris. extr. de jurejur. Gœdd. 3. conf. Marp. 28. n. 113. Ita enim sæpè innocentes ad crimen adducit. gl. in l. 3. de divort. Ubi iram excusare à culpa, & minuere delictum ait idem gl. in d. l. quicquid ff. de R. I. & quod in consuetudo calore iracundiæ fit, dolo caret. l. 1. §. quæri. 5. ff. ad SC. Turpill. l. 2. ibi seu calorem. C. de abolit. l. aut facta 16. §. causa 2. ibi cum quis per iram ab extraneo. ff. de pæn. d. c. si quis ubi gl. 2. q. 3. c. in. 68. n. 9. 3. per quæ & alia plura additis etiam Philosophorum, Aristotelis & Platonis autoritatibus, Historicorū Valerii Maximi & Agellii exemplis, Theologorum ac etiam sacræ paginæ confirmationibus hanc regulam pluribus comprobatur & exornatur. Tiraq. de pæn. Temp. caus. 1. n. 1. & seqq. cui ad stipulantur Felin. in cap. sicut. n. 2. & num. 4. in fin. de jurejur. Dec. in l. quicquid n. 7. cum seq. ff. de R. I. & ibi Cagnol. n. 6. & 7. Jas. in l. si filium tuum. n. 6. vers. tertio fallit. C. de inoff. testam. Jacob. Boulen in repet. l. Capitalium. §. famulos. n. 195. ff. de pæn. Novel. in tract. ad defensionem n. 82. Duen. reg. 292. in cap. limit. vers. in quo est notandum Boff. tit. de homicid. n. 60. ubi ex auctoritate D. Gregorii dixit difficilius esse irâ contineri, quam miracula facere. vid. Clar. in

pract. §. fin. quæst. 60. vers. est etiam. Carpov. in crimin. p. 1. q. 6. n. 5. Si quidem ira mentis alienationem inducit & rationem perturbat. text. in l. si adulterium 38. §. Imperator. 8. ff. ad L. Jul. de adulter. d. c. si quis inatus. 5. 2. q. 3. Hyppolit. in pract. crim. §. quoniam. n. 62. & num. 66. Gail. 2. obs. 110. n. 36. gignit insaniam, maxime si sit immodica, ein übermäßiger Zorn / prout ait. Luc. de Penn. in l. omnes omnino. C. de decur. lib. 10. Unde Persius satyra 3. inquit:

Nunc face supposita fervere sanguis & ira,
Scintillant oculi, dicisq; facisq; quod ipse
Non sani est hominis non sanus juret Orestes.

Hinc Bald. in cap. 1. §. si quis. de Pac. tenend. Hominem (ait) iracundiæ calore incensum & commotum sine sua culpa non esse in plenitudine intellectus, cum difficillimum sit justum temperare dolorem, per d. l. si adulterium. §. Imp. add. Farin. 1. conf. crim. 4. n. 14. Et licet contrarium ex l. si non convicit. 5. C. de injur. quod nimirum ea in delictis non excuset, facile desumi posset, cum, si aliter diceremus, nunquam punirentur delicta, nec ullum sit fere delictum quod sine ira committatur; declarationis tamen loco notari poterit, quod calor iracundiæ tunc vitio careat, & impunitus sit, quoties actus sine præjudicio tertii vel adversarii retractari potest, veluti in divortio, l. divortium 3. ff. de repud. fecus si actus sine læsione & præjudicio adversarii retractari nequeat, sicuti in actione injuriarum videre est, ubi revocata injuria calore iracundiæ facta non tollitur læsio injuriati, d. l. 5. C. de injur. Gail. 2. obs. 106. n. 11. addi possunt & ea quæ Bald. retulit in d. l. si non convicit. post num. 2. vers. vel dic. ubi ait quod quædam sint quæ sortiuntur juris effectum, & ista nihil operantur, si calore iracundiæ fiant, quia non procedunt ex animo, sed potius secundum quandam alterationem; quædam vero sint, quæ non sortiuntur effectum, sicuti sunt maleficia, in illis enim non distinguitur an emanaverint calore iracundiæ, vel non, cum maleficia nunquam debeant manere impunita. vid. Aretin. in l. 1. C. si advers. delict. Bertazol. 1. conf. 44. n. 8. ubi tamen limitat, nisi fuerit ira talis & tanta, quæ hominem à mente extraxerit, quod est difficile probare, & hoc in casu non quidem excusabit in totum, sed tantum efficit ut mitius delinquens puniatur. l. 2. C. de abolit. Gail. 2. obs. 110. n. 35. Navarr. in d. c. si quis inatus n. 4. vers. 3. de pæn. distinct. 1. pug. 261. Tom. 1. in magnus. Ludov. Peguer. decis. crimin. 14. n. 15. Honded. conf. 99. n. 45. lib. 1. Grammat. decis. 17. n. 4. vot. 23. n. 20. & decis. 23. num. 6. Welsenb. in parat. de pæn. n. ult. Carpov. 1. qq. crim. 6. n. 4. ubi n. 16. plures limitationes addit.

II.

Ira vel ex justâ causâ provenit, quæ si non in totum, tamen ex parte excusatur, ut delinquens mitius puniatur. Ita parricidium ex ejusmodi irâ commissum tanquam simplex homicidium puniatur. Carpov. Prax. Crim. P. 1. Q. 18. numero 5. Alia verò non provenit ex justâ causâ, quæ in nihilo excusatur. Carpz. P. Cr. P. 3. Q. 101. num. 8.

Theo